Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dominus in sana scriptura. Et hic instar pulchrerimi carminis ex omnibus potest videri, nisi sacra scriptura deflectat. Ita nullus videbit pulchritudinem ordinationis regnorum, principatus in scriptura explicata, nisi ex sacra scriptura sublimitatem sentiat.

Cap: V. de sacre scripture sublimitate.

Sublimitas ergo hic in suo gradu sacrorum illa scriptura, quae in descriptione trium hierarchiarum gradatim ordinatarum ligdo spiritu. Alta ergo et sublimis est sacra illa scriptura in Ecclesiastica hierarchie descriptione: altior in descriptione Angelica: altissima in Divine descriptione hierarchie: et idcirco rationabiliter: Nam ex res se habent primo in natura, secundo in anima et scientia exercitata, et tertio in merito et gratia, quarto et in ea et gloria, et quinto etiam in arte eterna et Ideo, Theologia nisi sacra nostra et natura instituatur studio exercitata, ipsa sue fide fundata, et per S.S. revelata, agit de eis quae spectant ad gratiam et gloria, et etiam ad eternam sapientiam. Unde distinguit ipsa in Ecclesiastica hierarchia septem sacramenta, septem ordines, septem S.S. dona. Et in Angelica hierarchia tres distinguit, ut pote supremam, media et infima hierarchias, in quarum unaquaque ordines ternos servavit. At in Divina illa hierarchia essentialia quantum potest ingerit: attributa assignat, personalia distinguit, et cetera idcirco multo quam plurima quae Dei gerat. Unde in his tribus hierarchiis et hierarchia nostra Christo et tota sancta scriptura: in qua doctrina illuminamur, purgamur et